



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatus Theologico-Moralis De Sacris Ecclesiasticorum  
Ministeriis, Hoc est, De Horis Canonicis, & Missæ  
Sacrificio**

**Biesmann, Caspar**

**Coloniæ Agrippinæ, Anno 1695.**

Caput XIV. De dispositione corporis ad dignè suscipiendam Eucharistiam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42206**

## 98 DE EUCHARISTIA

tio saltem die post Sacrum sine  
prævia confessione factum , esto  
non habeat animum celebrandi,  
aut nullo alio titulo ad confessio-  
nem obligetur. Hoc tamen præ-  
ceptum probabiliter non obligat  
illos Sacerdotes , qui habentes  
occasionem confitendi , eâ non  
utuntur , vel ex oblivione , vel  
inadvertentia sui mali statûs : Imò  
etiam ex malitia, quia verba Con-  
cilio eos solos comprehendunt, qui  
confessionem omiserunt urgente  
necessitate. Vid. Gob. tr. 3. cas.  
16. Tamb. Dian. &c.

## C A P U T XIV.

*De dispositione corporis ad dignè  
suscipiendam Eucharistiam.*

Quid dicē-  
dum de ma-  
culis, aut  
alia corpo-  
ris immun-  
ditia.

**Q**uid attinet ad dispositionem  
corporis ; certum est nullas  
maculas, aut aliâ corporis immū-  
ditie per se loquendo Communio-  
nenem impedire. Quia ad hujus Sa-  
cramenti susceptionē non requiri-  
tur tam mundities corporis, quam  
animæ. Sunt tamen hujusmodi  
corporis immunditiæ propter de-  
centiam , quantum fieri potest,

amō-

amovendæ. Proinde vestium or- De ornata  
natus non est h̄ic magnopere at- vestium.  
tendendus. Et licet nunc quidem  
consuetudo obtineat , ut miles De gladio,  
communicaturus gladium , aliave quem ge-  
arma ob majorem modestiam de- stat miles.  
ponat; Non tamen est alia, quām  
solius decentiæ obligatio. Unde  
contrarium faciens , secluso scan- De somno  
dalo , non peccabit. Quia in hoc  
nulla apparet irreverentia. Neque etiam somnus aut cibus digestus aut cibo  
requiritur ante Communionem, nondum  
de his enim nullum exstat præce- digesto an-  
ptum. V. Tamb. l. c. cap. §. 4. q̄ te commu-  
**6.** Sic neque prohibitum est, sta- nionem.  
tim post Communionem come- Eritae licet  
dere, aut expuere ; Modò non sit tum, factâ  
periculum , ne fragmentum ali- communis  
quod in ore, aut gutture remanse- one statim  
rit. Nam sputo , seu salivâ ex ca- comedere,  
pite in os defluente , non est cur re.  
irreverentia timeatur sacris spe-  
ciebus , quæ , dum nondum con-  
sumptæ sunt, in stomacho resident.  
Congruum tamen est ac decens,  
non statim peractâ Communione  
ad comedendum advolare : Item  
exspectare aliquantis per , antequā  
expuas, quamvis h̄ic longa mora  
non sit necessaria, cùm species Sa-  
cramentales in stomacho à laico

E a                    intra

## 100 DE EUCHARISTIA

intra dimidium quadranteū , à Sacerdote intra quadranteū fere corrumpantur ; Citiūs tamen à valido stomacho , quām debili ; Cominuniter autem ab omnibus intra horam . Unde etiam post horam , licitū tibi esse videtur , vomitum , si ita necesse sit , procurare . Neq; vomitustibi sano , ex nō præviso casu fortè superveniēs die Cōmunionis à meridie , non est magnopere curandus ; Cūm certum sit species consecratas jam dudum

Aut post  
horam , si  
ita necesse  
sit , vomitū  
procurare .

Quid agen-  
dum cum  
infirmis .

Vel statim  
à Commu-  
nione , si  
species ef-  
fent vene-  
no infectæ .

esse corruptas : Cautē tamen & providē in hoc genere agendum cum infirmis , quorum ego unum aliquando vidi , qui sumptā Communione , post duas trésve horas ob stomachi debilitatem integras species rejicit . Imò statim à Communione licitum erit vomitum procurare ; Si intelligeretur , species à te sumptas , venenatas fuisse , & it venenum admixtum ablutioni vel alteri cibo post Communionem sumpto ; Quia Calix vita , ut rectè inquit D. Thomas , in 3. part. q. 83. art. 6. veri in mortem non debet . Et eo casu quid faciendum speciebus ejēctis dicetur pōstea . Tamb. l. c. cap. 3. §. 1. Opportūnū hīc quoque monent DD.

608-

UT SACRAMENTO. 101

communicantem non oportere  
esse facilem in expuendo , statim  
post Communionem, ne forte ad-  
stantibus sit scandalus ; Imò si ob-  
tusum urgereris ad expuendum,  
decens est strophio sputum ex-  
cipere ob Sacramenti reveren-  
tiam & circumstantium ædifica-  
tionem. Cæterum , quia usus rei  
venereæ , sive licitus , qualis est in  
conjugibus , sive illicitus , qualis  
est v. g. in habita pollutione , licito , vel  
aliisque luxuriæ peccatis , com- illicito .  
muniter secum trahit notabilem  
animi distractionem , mentisque  
temperem , & moralē quandam ,  
ut multi censent , indecentiam ;  
Idcirkò ejusmodi homini eo die ,  
quo v. g. de nocte pollutus vo-  
luntariè fuit , noli facile suadere  
Communionem , nisi valde doleat  
de suo peccato . Quod si tamen is  
communicare vellet , tu illum à  
Communione non prohibebis ,  
quia certum est hic non interce-  
dere peccatum mortale ; imò pre-  
babiliter ne quidem veniale :  
Prudenter tamen suadebis dila-  
tionem Communionis ad unum  
alterumve diem , si judices postea  
communicaturum cum majore  
devotione . Vid. Gob. tr. 4, cas 20.

Quid dic-  
dam de usu  
rei venereæ

E 3 Vafq.

Quale jeju-  
nium præ-  
requiritur,  
& sub qua  
obligatio-  
ne.

Estne dicē  
dum mediū  
noctis inci-  
rē duodeci-

Frangētne  
jejunium  
naturale,  
qui humorē  
aut sanguinē  
ex capite defluē-  
tem casu

Vasq. &c. Præcipuum igitur, quod ex parte corporis prærequiritur ad dignè suscipiendam Communionem, & quidem sub gravi obligatione, est jejunium naturale, quod frangitur, si à medio noctis, id est, à primo iētu horæ duodecimæ, ut communiter docent AA, Vid. *Dian. Lug. l. 1. resp. mor. dub.* pere à pri- 9. &c. (Sunt tamen, qui putent mo iētu ho- esse probabile horam duodecimā rē duodeci moraliter durare usque ad ultimā

mōnum sonum, adeoque interea bibentem non violare jejunium, quia tamdiu videtur hora durare, quamdiu auditus. Vid. *Bresserum de conse. l. 4. c. II. Leand. &c.* Vix tamen hoc facies, nisi justa causa accedat, sine nota temeritatis, irreverentiæ, & intemperantiae.) Si inquā à medio noctis, ab extrinseco quidquā sumperseris per modum cibi, potūs, aut medicinæ. Dixi, si

quid ab extrinseco per modū cibi, &c. Unde si humorē aut sanguinē ex capite defluentem, aut etiam hærentes casu, vel etiam voluntariè deglutis (quamvis hoc posteriū alii probabiliter negent) manebis jejunus; Quia hæc non sufficiunt ab extrinseco, & moralij ju-

dicio

dicio pertinent ad comedionem  
præcedentis diei. Vid. *Suar. disp.*

*68. sect. 4 &c. contra alios.* Item,  
si unguis abrasos, lapidein, fru-  
stillum ligni, argenti, creta, char-  
tæ, &c. diglutias ( quamvis de  
charta & creta alii contrarium  
sentiant) quia hæc morali æstima-  
tione non habent rationem cibi.

Vid. *Dia. p. 8. n. 7. resol. 38. tr.*

*de Celeb. Ref. 5. & alios.* Simi-  
liter si musca in os fortuitò vo-  
lans, à te casu trajiceretur, quia

non est comedio, sed respiratio.  
Pari ratione sumptio tabaci sive

in pulvere, sive in fumo [ quam-  
vis non satis decens sit ] Item,

modicæ aquæ attractio per nares;  
Quia non est comedio, aut pota-

tio, sed vel respiratio, vel narium  
attractio, sicut etiam participa-

tio cuiusvis odoris; Nam præter-  
quam quòd non sit cibus, non su-

mitur per comedionem, sed per  
attractionem. Denique si tempore

peftis aliquid aromaticum ore ter intenti-  
circuiferas, nihil deglutiendo ex onem succi

intentione, quamvis forte mini-  
mum quid succi à salivâ insepa-

parabilis, esto non sit conversum  
in salivam, præter intentionem  
trajicias. Vid. *Tamb. l. c. cap. 2.*

*Aut qui un-  
gues abra-  
bos, lapidei,  
frustillum  
ligni, &c.  
deglutit.*

*muscam in  
os fortuitò  
volantem  
casu attra-  
hit.*

*Aut tabacū  
sumens in  
fumo vel  
pulvere, aut  
modicum  
aquæ per  
nares attra-  
hens:*

*Aut si præ-  
aliquid aut  
aquæ salivæ  
inseparabi-  
liter immi-  
xtum de-  
glutias.*

§. 6. Nam hoc modo aliquid deglutire, est deglutire per modum salivæ, & hoc insinuant Rubricæ, dum ajunt, si lavando os deglutias stillam aquæ (subintellige inseparabiliter salivæ immixtam, id est, ita immixtam, ut à saliva distingui non possit) idque præter intentionem, non impedit communionem. Vid. *Dian. p. 5. trad.*

**Quid si dubites an comederas a liquido, aut post duodecimam sumpseris aliquid.**

§. resol. 12. In dubio an comederas, item in dubio de hora cœmersionis, utrum post duodecimam comederas; In utroque hoc dubio habes probabiliter jus cœmunicandi. *Quia* utrobique faciet tibi privilegium possessionis: Possides enim jus cœmunicandi, donec probetur supervenisse impedimentum, quod te privavit hoc iure: Nam *falsa contra jus ant legem*, ut loquitur Regula juris, non presumuntur, sed probari debant. Alii tamen non improbabiliter arbitrantur præceptum Ecclesiasticum esse in possessione, adeoque in utroque dubio non licere cœmunicare. Vid.

*Gob. tr. 4. cas. 17. Tamb.*

*Laym. &c.*

6 A-